


a. modioli
aerei
b. catinus
c. penula
uti infudi-
bulũ inuer
sum
d. fistula q̃
tuba dicitur
e. emboli
masculi. Re
liqua ex lit
tera satis in
telligũtur à
peritis. Sin
gula .n. & ĩ
his machi-
nis & ĩ mul
tis supiorũ
rerũ descri
ptionibus,
siqs decla-
rare uellet
opus eēt &
plura scri-
bere, & cu-
iusq; rei ua
rias figura
tionũ facies
pingere, q̃

Nec tamẽ hæc sola ratio Ctesibii fertur exquisita, sed etiam plures & uariis generibus aliæ, quæ ab eo liquore pressionibus coactæ, spiritu efferre à natura mutuatos effectus ostenduntur, uti merularum, quæ motu uoces edunt, atq; engibata, quæ bibẽtia tã dem mouent sigilla, cæteraq; quæ delectatiõibus oculorum & aurium sensus eblandiuntur, è q̃bus quæ maxime utilia & necessaria iudicaui selegi, & in priore uolumine de horologiis, in hoc de expressionibus aquæ dicendum putaui. Reliqua, que non sunt ad necessitatem, sed ad deliciarum uoluptatem, qui cupidiores erunt eius subtilitates ex ipsius Ctesibii commentariis poterunt inuenire.